



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum


Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Magdalen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



FESTUM S. MAGDALEN.

*Vita s.
Magdale-
na.*

THESIS I. *Vides hanc mulierem.*
Luc. 7. v. 44. Magdalena I.
In domo Pharisei Pœnitens, ubi peeni-
tentia ejus commendatur celeritate,
veritate, æquitate. II. In Monte Cal-
varia Patiens, ubi compatiebatur Chri-
sto ob ejus Passionem, derelictionem,
& ex dilectione. III. In Horto Dili-
gens, nam diligit fortiter, cunctas diffi-
cultates superans; ardentem, nihil aliud
præter Christum cogitans, constanter,
in inquirendo Dilecto perseverans.
*Vivien in Tertull Verb. Sanctor. celebra-
tes.*

*Lacrimæ
de pecca-
tis.*

THESIS II. *Lacrimis cœpit rigare*
pedes ejus. Luc. 7. v. 38. Tres sunt
classis Christianorum. I. Sunt ex ijs,
qui plorant super peccata sua, & eam
men non dimittunt, neque ab ijs desin-
tunt. II. Sunt alij, qui neque ea di-
mittunt, neque ea plorant. III. Sunt
de

denique, qui & plorant, & desistunt.
Ita S. Gregor. Magn.

THESIS III. *Lacrimis rigavit pedes meos.* Luc. 7. v. 44. Homo fundit lacrimas I. *Compassionis* ad plangendam humanam miseriam. II. *Compassionis* ad lugendam peccati malitiam. III. *Satisfactionis* ad placandam Divinam Justitiam. Vivien. IV. *Devotionis* ad explendum amorem erga Deum. Hugo Card.

THESIS IV. *Lacrimis cepit rigare.* Luc. 7. v. 38. Tres sunt species Lacrimarum. I. *Amara*, cum pro se effunditur. II. *Calida*, cum pro alijs emititur. III. *Dulcis*, cum pro desiderio Regni coelestis fletur. S. Bonaventura in *Exposit.* I. super Ps. 118.

THESIS V. *Lacrimis cepit rigare.* Luc. 7. v. 38. Tres sunt lacrimarum differentiae: I. Sunt lacrimae quaedam *Rerum apparentium*, & eae amarae valde sunt, & vanae. II. Sunt lacrimae *Doloris*, ac *Poenitentiae*, & illae sunt dulces, & utiles vehementer. III. Sunt lacrimae *Impoenitentiae*, ubi fletus est,

est, & stridor dentium, & hæc acerbæ valde sunt, & infructuosæ. S. Ephrem. *de timore Dei.*

*Lacrimæ
dulces.*

THESIS VI. *Ex quo intravit.* Luc. 7 v. 45. Mira res! Petrus ingressus flevit *amarè*, Magdalena ingrela, seu ex quo intravit, flevit *dulciter*; cur? Petri lacrimæ ceciderunt *in pedibus Petri*; Magdalenæ lacrimæ in *oscula ceciderunt in pedes Christi*. Tantùm interest, quò cadant lacrimæ, ut fiant dulces vel amaræ.

*Amor ut
est objectus.*

THESIS VII. *Non cessavit osculari pedes meos.* Luc. 7. v. 45. I. Amores Magdalena non exiit, sed mutavit, transferendo illos in melius objectum. II. Imò auxit ardentius amando Christum, quàm Mundum. Et hæc fuit Metamorphosis Amoris.

*Amoris
qualitas.*

THESIS VIII. *dilexit multum.* Luc 7. v. 47. Multum, inquam, non tantum suaviter, sed & prudenter, sed & fortiter. I. Quidam enim *Suaviter* diligunt Deum, quibus scilicet *Suavis* est recordatio, & memoria de Deo. II. Sed nondum *Sapienter*, quia non diligunt propter se, sed propter bona, quæ dat

dat eis. III. Sunt tamen, qui diligunt
Sapienter, sed nondum Fortiter, id est,
nondum usque ad tollendam crucem,
& sequi JESUM. *Blessensis serm. 23.
de S. Magdalena.*

THESIS IX. *Dilexit multum. Amor.*
Luc. 7. v. 47. I. Remittuntur Ma-
gdalena peccata multa, quia dilexit
multum. II. Dilexit multum, quia
remissa sunt ei peccata multa. Illud
prius, hoc posterius contigit. *Brette-
ville.*

THESIS X. *Ut cognovit. Luc. Conditio-
7. v. 37. Pœnitentia Magdalena nos Pœnitentia.*
fuit I. Prompta, sine ulla dilatione, ut
cognovit. II. Fuit Generosa absque
respectu convivantium. III. Fortis
exercendo actus priori statui omnino
contrarios. IV. Fuit Animosa & li-
bera sine turbatione & repugnantia.
V. Fuit Constans, & perpetua usque
ad mortem. Dum nostra econtra ex
timore proveniens Pœnitentia contra-
rios effectus habet. 1. Differimus. 2.
Erubescimus &c. *Ludov. Maimbourg.*

THESIS XI. *Non cessavit. Luc.*
7. v. 45. I. Pœnitentia Christiani
de-

debet esse Prompta ; ut cognovit &c.
 Hodie si vocem audieritis &c. Ps. 94. II.
 Debet esse Proportionata peccatis ; Or-
 namenta Vitiorum convertit in arma
 Virtutum, & quot in se habuit oblecta-
 menta, tot in se obrulit holocausta. S.
 Gregor. III. Debet esse instructa
 Charitate ; *Peccavi, & verè deliqui.* Job.
 33. Satis est semel peccasse ad fletus
 æternos. *Unus ex SS. PP.*

*Peccata
 per pœnis
 tentiam
 profunt.*

THESIS XII. *Dilexit multum,*
 Luc. 7. v. 47. Libeat Gregorium de
 M. Magdalenaë pœnitentia cogitantem
 magis flere, quàm aliquid dicere, me-
 contra libet magis lætari, quàm loqui ;
 quid enim me moveat ad fletum ? an il-
 lius lacrymæ, quæ cœli sunt Nectar ?
 an peccata, quæ deflet ? dico cordatè :
 Si non peccasset, fecerat illa minus :
 I. Minus *respectu Dei*, quem non ita ar-
 denter amasset, teste Christo, cui plus
 dimittitur, plus diligit. II. Minus
respectu sui, non enim ita austerè vixis-
 set, & tanta merita cumulasset. III.
 Minus *respectu Proximi*, non enim tot
 homines suo exemplo ad Christum ad-
 duxisset. O quot non lucratur etiam
 hodie peccatores!

THE.

THESIS XIII. *Nigra sum, sed for-* *Peccata*
mosa. Cap. I. v. 4. Hæc verba ap- stinialis
 plicat S. Ambrosius Animæ pœnitenti. *ad virtutem*
 Imò I. *Quantò sœdior, tantò pulchrior.*
 Id quod S. Hieronymus de S. Magd. l.
 2. ep. 19. ad Furiam dicit. Cùm e-
 contra II. *Quantò pulchrior, tantò sœdior*
 de aliquibus dici queat coram Deo.

THESIS XIV. *Quoniam dilexit* *Levis pœn-*
multum. Luc. 7. v. 47. Brevis & nitentia.
 levis pœnitentia Amor, à quo nemo *amor.*
 se potest excusare. *Absolvi vis? ama.*
 Inquit S. Chrysologus serm. 94. lege Le-
 ctiones 2. & 3. Nocturni in Festo S. Gual-
 bertii 12. Jul. item Segneri *Manna 22.*
Jul.

THESIS XV. *Remittuntur ei pec-* *Bonitas*
cata. Luc. 7. v. 47. Bonitas Dei Dei.
 in eo maximè se ostendit. I. Quòd Pec-
 catores ipse quærat. II. Quòd illos
 in gratiam recipiat. III. Quòd illis
 benefaciat. Et hæc omnia sine vindi-
 cta, sine reprehensione, sine restrictio-
 ne beneficiorum.

THESIS XVI. *Vides hanc Mulie-* *Gratia.*
rem. Luc. 7. v. 44. De necessitate.
ope.

operationibus, & triumphis Gratiae Divinae, vide superius festo S. Joannis Baptistae, 18.

Peccator humilis Deo gratus. THESIS XVII. Remittuntur ei peccata multa. Luc. 7. v. 47. Gracius acceptat Deus Pœnitentiam humilis & contriti Peccatoris, quam Innocentiam Justi tepidi & remissi. Pecc. Blessenf. ep. 75. Fortassis propterea, quia I. Ille facit, quod potest, iste non facit, quod potest. II. Ille æstimat gratiam, quam quærit, iste non æstimat gratiam, quam tenet. III. Ille accedit ad Deum, iste recedit.

Pœnitentia. THESIS XVIII. Ex quo intravit. Luc. 7. v. 45. I. Si Pœnitentia Magdalenam orbi notam fecit, illa Pœnitentiam orbi notam facit. II. Si Pœnitentia illam orbi caram effecit, illa Pœnitentiam orbi amabilem effecit. III. Si Pœnitentia illam perfectam effecit, illa Pœnitentiam perfecit. *Diction. Apostolic.*

Pœnitentia. THESIS XIX. Quoniam dilexit multum. Luc. 7. v. 47. I. Considerando, quantum deberet Deo, noluit mitigare pœnitentiam suam. II. Considerando, quantum deberet Proximo, non


non erubuit publicam agere poenitentiam. III. Considerando, quantum sibi nocuerit ipsi, rigidam à se exegit poenitentiam. *Id.*

THESIS XX. *Quoniam dilexit amor.*
 multum. Luc. 7. v. 47. Amor Magdalene fuit I. Anima omnium ejus virtutum. II. Principium omnium ejus actionum. III. Fundamentum omnium ejus meritorum. IV. Causa ejus Poenitentiae.

THESIS XXI. *Osculum mihi non osculum dedisti.* Luc. 7. v. 45. Quadruplex verò osculum est; I. Aliquando est signum *Amoris Pueri*, sic Mater osculatur filium. II. Signum *Reverentiae*, sic Præsulum manus osculamur. III. Signum *Devotionis*, sic imagines osculamur. IV. Signum *Reconciliationis*, sic Pater filium prodigum exosculatus est. Primum Christus recepit à *Matre*, secundum à *Simeone*, tertium à *Josepho*, quartum à *Magdalena*. Hæc omnia oscula cupiebat Sponsa figere Sponso. *Marchantius in Horto. Pastorum Tract. 3. de Fide Christiana.*

THESIS XXII. *Remittuntur Poenitentia*
 G tibi

tibi peccata. Luc. 7. v. 49. I. Nec
 quantitas criminis. II. Nec brevi-
 tas temporis. III. Nec horæ extre-
 mitas. IV. Nec vitæ enormitas, si
 vera fuerit contritio, excludit à venia.
 S. Cyprian. serm. de Cœna Domini.



FESTUM S. JACOBI Apost.

Oratio.

THESIS I. *Petens aliquid ab eo.*
 Matth. 20. v. 20. Homines so-
 lummodo faciunt gratiam dando, Deus
 verò facit gratiam non solum dando,
 sed etiam *Negando*, quamvis etiam ne-
 gando det; Hinc Christus non dixit:
Pecite, & accipietis hoc ipsum, quod pe-
titis, sed petite, & accipietis; neque
dicit: Omnis, qui petit, accipit id,
quod petit, sed: omnis, qui petit, acci-
pit; & quid accipit? hoc ipsum, quod
Deus ipsi novit utilissimum. Anton.
Vieira. part. 1. ser. 4. post Dom. 2. Qua-
drag.

Ambitio.

THESIS II. *Dic, ut sedeant.* Matth.
 20.